Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uram. Nunc ergo dic mihi
sub qua arbore comprehendisti
eos colloquentes sibi. Qui autem
sub pruno. Dixit autem daniel.
Recte mentitus es et tu in ca
put tuum. manet enim angelus
dei gladium habens. ut secet te me
dio et interficiat vos. Excla
mauit itaque omis cetus voce
magna. et benedixerunt deum q̃
saluat sperantes in se. Et con
surrexerunt adversus duos presbi
teros contestati sunt eos daniel ex ore
suo falsum dixisse testimonium. Fecer
untque eis sicuti male egerant
aduersum proximum. et interfecerunt
eos. Et saluatus est sanguis
innocuus in die illa. Gr.
Si ambulem in medio umbre mor
tis non timebo mala quoniam tu mecum es
dne. Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt. V. Jalm.
Nullo t. Dixit ihs in monte
oliueti. et diluculo iterum
venit in templum. Et omis ppls
venit ad eum. et sedens docebat
eos. Adducunt autem scribe et phi
sei mulierem in adulterio deprehensam
et statuerunt eam in medio
et dixerunt ei. Magr hec mulier
modo deprehensa est in adulterio
in lege autem moyses mandauit
nobis huiusmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis. Hec autem
dicebant tentantes eum. ut
possent accusare eum. Ihs at
inclinans se deorsum. digito scri
bebat in terra. Cum autem perseuera
rent interrogantes eum. erexit se
et dixit eis. Qui sine peccato e
stis primus in eam lapidem
mittat. Et iterum se inclinans
scribebat in terra. Audientes
autem unus p unum exibant incipientes
a senioribus. Et remansit ihs
solus et mulier in medio stans.
Erigens autem se ihs dixit eis.
Mulier ubi sunt qui te accu
sabant. Nemo te condempnauit.
Que dixit. Nemo dne. Dixit
autem ihs. Nec ego te condemp
nabo. Vade et iam amplius
noli peccare. Offert. Gressus
meos dirige dne secundum eloquium tuum
ut non dominetur mei omis iniustitia dne.
Quaesumus omnipotens deus. Secr.
ut huius sacrificii munus
oblatum. fragilitatem meam ab
omni malo purget semper et
muniat. V. Com. Nemo te con
dempnauit mulier nemo dne nec ego
te condempnabo iam amplius noli
peccare. Postcom. Quos omipotens deus.
ut inter eius membra munere
reuiuiscimus. cuius corpori communi
cauimus et sanguinem dei
filii ihu xpi. Qui et. Ser ppln.
Protende dne misericordiam tuam
deprecamur celestis auxilii. ut et
te toto corde perquirat. et que